

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. VII. TIT. VIII. De Operis Servorum.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

Qv. II. *An cautio sit de forma quasi ususfructus?*

R E S P. Est de substantia negotii quo constituitur ususfructus, & *Dissent.*
haec forma ex SCto ei praescripta est ut caveat fructuarius. §. 2. *Laut. pag.*
Infl. h. Non vero est de substantia ipsius ususfructus, quia cautio *129. verb.*
vices proprietatis sustinet, d. §. 2. quae opponitur ususfructui: At *Cautio*
que hinc est, *quod cautio quoque omitti, & nihilominus finito usu forma*
fructu quantitas condici possit. *L. 5. §. 1. h.* *non est de*
&c.

Quantopere Dd. hic hallucinentur vide apud *Vinn. h. 1. §. 2. n. 4.*
Conf. *Phil. U. P. I. l. 2. Eel. 28. n. 2.*

Qv. III. *An quasi ususfructus tantum finiatur morte naturali*
& civili?

I ta putat *Laut. pag. 129. in fin.* sed verius est, etiam consolidatio- *Laut. pag.*
In ne, cessione, atque elapso tempore praescripto, finiri. *arg. §. 3. 129. verb.*
Infl. h.

O B J. (1) Quod in §. 2. *Infl. Usfr.* fructuarius tantum caveat de *Finitur*
restituendo si morietur, aut capite minuetur. *tantum*
&c.

R E S P. Quia in reliquis modis fructuarius ex natura ususfructus
proprioque pacto rem restituere tenetur, adeoque cautione exprimi
non debent.

O B J. (2) *L. 9. &c. l. 10. h.* Ubi ideo soli illi duo casus exprimi
in cautione debent, quia pecuniae usus aliter quam his casibus amittit
non potest.

R E S P. His solis casibus amittitur citra voluntatem nostram:
Quo ipso non excluduntur remissiones voluntariae; Ut si pacto cer-
tum tempus definitum sit, vel in consolidatione, vel si ex natura usus-
fructus id sequatur, ut in cessione.

L I B. VII. T I T. VIII.

DE

OPERIS SERVORVM.

Qv. I. *Quomodo differat opera servorum ab ususfructu*
& usu servi?

R E S P.



Laut pag. R E S P. *U*susfructus servi est, cum omnis servi fructus (qui in duobus consistit, quod ex re fructuarii & operis suis acquirat,) aliquid conceditur: *U*sus servi est, cum utriusque quidem utilitas conceditur, at tantum ad quotidianas necessitates. L. 12. §. 1. l. 20. *Us.* &
hab. junct. §. 3. & 4. *Infl.* per quas pers. Dissentit Brunn. ad l. 14. pr.
Us. & hab. Quoties autem solæ opera serviles relinquuntur, neque ususfructus erit, neque usus, l. i. §. 9. l. 1. *falc.* sed pars saltem ususfructus, quo tantum continentur ea, quae servus ex operis suis acquirit, l. 3. l. 4. op. *serv.* quae vero aliunde acquirit, pertinent ad proprietarium.

Hinc singularia quedam oriuntur: Nam (1) opera servi in facto servi consistit, l. i. op. *serv.* l. p. cap. min. unde (2) hujus, non fructuarii, morte finitur. L. 2. de us. leg. (3) nec tollitur capit's diminutione, d. l. 2. l. 10. pr. h. quia jus civile ea quae facti sunt tollere non potest. l. 12. §. 2. postl. rev. nec (4) tollitur non utendo, ex iisdem LL. & rationibus. Coccoj. Hyp. *Infl.* tit. de Us. & hab. §. 4. Usum Practicum hujus tituli egregie docet Stryk. U. M. h.

LIB. VII. TIT. VIII.

DE

VSV ET HABITATIONE.

Q. V. I. *An fructui insit usus, & contra?*

Praemittendum hic est, usumfructum aequa ac usum duplice modo sumi posse, (1) pro servitute & jure utendi fruendi, (2) pro nudo exercitio quovisve actu utendi fruendi, quia dominus quoque, colonus, commodatarius; &c. utuntur.

Hinc jam appetat quatenus fructui insit usus, nam Priori sensu usufructui non necessario inest *usus*, sed jus utendi ab eo separatum esse, aliquique concedi potest, quo casu fructuarius iis contentus esse debet quae supersunt deducta ab usuario quotidiana necessitate. L. 14. §. p. & ult. h. l. 42. pr. *Usufr.* l. 5. §. 1. 2. *Usufr.* quem. cav. Brunn. d. l. 14. n. 9. Posteriori sensu vero necessario fructui inest *usus*; quia fructuarius actu utitur, adeoque exercitium usus habet, de quo est l. 14. §. 2. h. Indeque legatum ususfructus sine usu inutile erit. Brunn. d. l. 14. n. 3.

Quid de *usu* dicemus, an hic sine fructu esse potest?

AF.

